





21.  
12

DISSERTATIO  
INAUGVRALIS IVRIDICA 37.  
DE 1755/2  
DOMINIO  
ET  
VSVFRVCTV

QVAM  
VOLENTE PROPITIO NVMINE  
PRO  
GRADV DOCTORALI  
SVMMISQVE IN VTROQVE IURE HONORIBVS  
ET PRIVILEGIIS RITE CONSEQVENDIS

AD DIEM OCTOB. MDCC LV.

PVBLICE DEFENDET

AUCTOR

JOHANN. CHRISTIAN. WILH.  
SYBEL

ASSINDIA - GVESTPHALVS.



DVISBVRGI ad RHENVM

TPIS JOHANN. SEBAST. STRAVBII, ACAD. TYPOGR.

26

37

INSTITUTIONE  
DOMINIO

DOMINIO

VSUFRUCTU

GRADU DOCTORALI

JOHANNES CHRISTIANUS

DEO  
CÆSARI  
REGI

*SERENISSIMOQVE PRINCIPI ET  
DOMINO*

DN. DE HOHENLOH-  
BARTENSTEIN

ILLVSTRISSIMO CAMERÆ IMPERIALIS  
IUDICI

NEC NON

AVGVSTISSIMI HVJVS SVPREMI  
GERMANIÆ DICASTERII

*PRÆNOBILISSIMIS*

DN. ASSESSORIBVS

ET

PATRIÆ SVÆ

DILECTISSIMÆ

DAT, DICAT, CONSECRAT

*AVCTOR.*

X 2

SERE-

SERENISSIME PRINCEPS,  
ROM. IMPERATORIÆ MAJESTATIS  
JVDEX CAMERALIS  
COLENDISSIME DOMINE ET PRINCEPS  
CLEMENTISSIME!

**T**riennium est & quod excurrit, Serenissime Princeps, ex quo in album Notariorum Cameralium me recipere gratiosissime fuisti dignatus, quam clementiam grato conceptam pectore quodammodo agnoscere paucis hujce animum induxi:

Suscipias ergo, Princeps clementissime! levidentem hunc meum laborem non nisi in supremi gloriam & studiorum utilitatem tendentem oculo menteque benigno. Deus ter optimus maximus auxiliatrices porro TIBI & sanctissimam justitiæ administrationem præbeat manus, TEQUE & animo & corpore incolumem servet ad summum humanæ ætatis fastigium usque, ut TE protectore gratiosissimo vivere & mori quiete possim

TVÆ SERENITATIS

Servus Subjectissimus

J. C. W. SYBEL.

PRO.

## PROOEMIUM.

**I**nclutum juris naturæ brocardicum: Meum  
& tuum parit omne bellum ansam mi-  
hi præbet ea, quæ de Dominio, & Usufru-  
ctu audiui, legi, expertus sum, in lucem  
proferre. Quum enim variæ sint Doctorum  
de primo juris naturæ principio opiniones,  
in eo fere omnes conveniant, quod omnium  
rerum Creator humanæ naturæ desiderium  
ad sui perfectionem inspiraverit, ego quoque  
hoc pro *sdor* actionum nostrarum quidem  
ponere non hæreo, limites tamen, quous-  
que cuilibet huic instinctui indulgere liceat,  
legibus fuisse determinandas, ne bellum  
omnium adversus omnes oriatur, statuo.  
Nam cum ad injusta si non turpia inclinent  
perversa quædam mortalium pectora, regna-  
que, remota justitia, non nisi latrocinia esse  
majores nostri doceant, jurisprudentia non  
potest non humano generi tam salutaris &

X 3

uti-


utilis esse, quam necessaria. Est autem hæc habitus leges & consuetudines recte interpretandi & eruendi nec non ex observantia & analogia deducendi congrueque ad casus obvenientes applicandi.

Ne autem extra sphaeram migrem, dum non nisi materiam de Dominio & Usufructu pertractandi propositum mihi sit, res ipsa erit aggredienda. Tu, Lector benevole! bono & æquo eam animo intuearis, dijudices, mihi que faveas velim.




3 X  
CAPVT





CAPVT I.  
DE DOMINIO.

§. I.



**D**ominium est jus, quo res corporea nostra & ita propria est, ut pro libitu de ea disponere possimus. Vid. Wefenbeck in Comment. ad ff. tit. de acquir. rer. dominio, sive, ut cum Boehmero loquar, est facultas omnia rei emolumenta cum exclusione alterius percipiendi.

Conf. ejus Comp. ad ff. h. t.

§. 2.

Dividitur dominium in plenum & minus plenum. Illud dicitur, ubi & proprietas & usufructus indivisim est penes unum. Hoc ubi dominium inter duos inæqualiter divisum est, ita, ut uni pars proprietatis tantum, alteri vero pars proprietatis & simul usufructus competat.

§. 3.

Dominium est vel directum vel utile. Illud consistit in potestate de re disponendi sine præjudicio illius, qui dominium utile habet. Hoc ordinariè sumitur pro potestate de re disponendi secundum legem

legem & conventionem omniaque ejus emolumenta percipiendi.

§. 4.

Distingue commode poterit dominium inter naturale & civile, quorum illud uxori in dote & illatis, hoc marito tribuendum; porro, inter limitatum & illimitatum s. eminent, quorum hoc Principi, illud subditis & particularibus adscribi solet; Nec non inter dominium juris feudalis & juris civilis, illud plerumque in feudis, hoc in allodiis aliisque civium bonis observatur, illiusque controversiæ principis juris feudalis & Germanici, hujus vero ex juris Romani s. communis deciduntur. Alia quoque ratione dominium est vel universale, quod per hæreditatem nanciscimur, vel singulare, quod cadit in omnes res corporeas. Vid. Struv. Jurisprud. Rom. Germ. L. II. tit. I. de acquir. rer. dominio. §. 15. Denique dominium est vel revocabile vel irrevocabile, illud alienandi facultatem adimit, non hoc.

§. 5.

De modis acquirendi rerum dominia, ut in præsentiarum pluribus me diffundam, de tempore non erit, sufficiat eos esse vel naturales vel civiles; per illos vel noviter, vel ex prioris domini voluntate dominia rerum acquiri, hos usurpatione seu usurpatione & præscriptione absolvi, cumque hæc doctrina per praxin potius addiscitur, quam theoretice consideratur, facius esse duco ad auctores, qui hac de materia fufius scripserunt, me referre.

§. 6.

Expirat dominium vel morte proprietarii, vel re casu perdita, extincta, alienata &c.

CA.

CAPVT II.  
DE VSVFRVCTV.

§. I.

Vsusfructus est jus re aliena utendi fruendi, salua  
ejus substantia.

Vid. l. 1. ff. de usufr.

Quemadmodum vero hæc definitio ratione fructuarii  
quadrat, ita ratione proprietarii eundem ad servitutes  
referunt doctores.

§. 2.

Objectum usufructus est quælibet res in com-  
mercio hominum existens & qua uti frui possumus.  
Fluit inde axioma: Usufructuarium in re utenda fru-  
enda omnia facere posse, quæ ad hoc pertinere digno-  
scit, hinc rem a quocunque detentore recte vindicare  
& quicquid usumfructum impedire possit remove.

§. 3.

Constituitor usufructus vel lege, vel conven-  
tione, vel ultima voluntate. Istum plerumque pater  
in bonis liberorum & conjux superstes in bonis de-  
functi adipiscitur, ad illum speciale pactum, ad hunc  
vero testamentum requiritur; ipsiusque usufructus  
possessionem aut per occupationem legitimam aut tra-  
ditione in usufructuarium devolvi convenit.

§. 4.

Quoniam usufructuarius re utifruere debet salua  
manente substantia, facile patet, eundem ad præstan-  
dam cautionem teneri, ad rem conservandam esse  
obli-

)(

obligatum eandemque meliorare quidem posse, non  
deteriorare.

§. 5.

Cumque æquum sit & justum, quod is, qui rei  
commodum sentit & percipit, ejus quoque incommo-  
do sustinere debeat, recte etiam ad onera publica fe-  
renda inquirere utenda fruenda usufructuarium ad  
culpam levem præstandam, imo ad sumtus litis sol-  
vendos adstringi posse censeo secundum.

L. 7. §. 2. ff. de usufr.

§. 6.

Quibus modis usufructus amittatur & desinat,  
docet

Tit. 4. Lib. VII. digest.

Morte nimirum usufructuarii naturali non minus,  
quam civili, expirato jure cedentis; finito tempore  
pacto vel lege statuto; totius rei interitu; præscri-  
ptione: cum etenim per hanc usumfructum acquiri  
posse juxta

L. f. Cod. de præscr. long. temp.

L. 5. ibid. &

L. 8. de præscr. 30. vel 40 annor.

putandum, eodem quoque modo ejusdem erit.

F I N I S.



CO-

COROLLARIA.

1. In feudo antiquo non tam proxime defuncto, quam primo acquirenti succeditur. Vid.

Mev. Decif. Part. III. Decif. 136. N. 31.  
conf. Burc. Gotthelf. Struvii Jurispr.  
Feud. Cap. XII. & XIII.

2. Ultimus intelligitur successor primi vassalli, quamvis feudum per plures manus ambulaverit.

Mantica de Conject. ult. Vol. 594. Num. 3.

3. Vassallus dicitur possidere vel quasi, jus feudi.

Menoch. de Adipisc. Retin. & Recup. Poss.  
N. 91. Pag. 267. & vocatur utilis Dominus Feudi. idem Num. 92.

4. Heredes vassalli soluta ab ipso, feudi causa, debita a successore recte repetunt.

Mev. Dec. Part. V. Decif. 55.

5. Possessio una cum jure hereditario transit ipso jure ad heredem feudalem ante investituram.

Schilt. Prax. Jur. Rom. in Foro Germ.  
Exerc. ad ff. 15. §. 15. & 16.

6. Vfusfructus est pars domini.

Mevius Cit. Loc. P. VII. Dec. 221. N. 2.

7. Vfusfructus extinctus redit ad dominium proprietatis qui jam solidam & plenam proprietatem habere incepit.

Perezi Praelect. in 12 Libros Cod. Just.  
hoc Tit. 8. Ad

8. Administratio tutelæ cum eo periculo est conjuncta, ut, si res pupilli deteriores fiant, damnum a tutoribus sit refarciendum.

Idem Lib. V. Tit. 38. de Peric. Tutor. & Cur.

9. Ultima voluntas non debet pendere ex alieno arbitrio.

C. P. Richteri Decis. 27. P. II.

10. Si quid ex solennibus omittatur corrumpit testamentum.

Perez. Cit. Loc. Lib. VI. Tit. 23. de Test. Schilt. Alleg. L. Lib. 28. Tit. 1.

11. Fideicommissum non præsumitur, sed probari debet.

Richt. Dec. 62.

12. Absens in vivis esse præsumitur donec probetur contrarium.

Idem Decis. 66.




Duisburg, Diss., 1729/81(1)

ULB Halle  
004 527 070

3







7/  
12

DISSERTATIO  
INAUGVRALIS IVRIDICA **37.**  
DE **1755, 2**  
**DOMINIO**  
**ET**  
**VSVFRVCTV**

QVAM  
VOLENTE PROPITIO NVMINE  
PRO  
**GRADV DOCTORALI**  
SVMMISQVE IN VTROQVE IURE HONORIBVS  
ET PRIVILEGIIS RITE CONSEQVENDIS

AD DIEM OCTOB. M DCC LV.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

**JOHANN. CHRISTIAN. WILH.**  
**SYBEL**

ASSINDIA - GVESTPHALVS.



DVISBVRGI ad RHENVM

TYRIS JOHANN. SEBAST. STRAVBII, ACAD. TYPOGR.

